

adducite deesse michi videtur aliqua dixerunt vnam adhuc stultam habemus intrinsecus in coquina. ille dixit exhibete michi eam vt videam. que vocata venire noluit scens forte se esse de phensam aut indignam se reputas. dicit ei sanctus paterius te videre desiderat. cum igitur fuisset ad eum adducta et vidisset patris nos in fronte ipsius inuolutos proiecit se ad pedes eius dicens. benedic me inquit. ac illa etiam ad pedes eius corruens dixit. tu inquit me benedic domine. obstupuerunt omnes sorores dicens. noli abba talem iniuriam sustinere. est enim fatua ista. ipse dixit vos omnes fatue estis. nam haec et vestra et mea nona id est domina est. et de peccatoribus inquit. vt ea dignius merear in die iudicii inuenire. quo audito omnes simul ad pedes ipsius prostrati sunt. singula varia peccata propria confitentes. alia abluens sordes capiti super eam fuisse dicebat. alia colaphis eius verteasse dicebat. alia ad nares eius sinapi insufflasse et alias multas iniurias se ei irrogasse fatebant. pro quibus omnibus sanctus ille suis orationibus egressus post paucos dies illa non ferens tantam sui gloriae grauarique se credens tanto sororum honore occulte egressa est de monasterio.

quo videri. vel quo fine deficeret ad nullius potuit notitiam peruenire. ecce haec sancta veritas fuit piscis quam beatus petrus in lagena doctrine sue cepit. et ad litus salutis perduxit que non malum pro malo reddidit. sed e contra benedixit modesta huic mulieris cui nihil nocuit primo multum profuit. quod per amorem viri tunc sustinuit a suis sororibus ideo propter christum omnia reliquit. et christi paupertatem secuta fuit vocata ad hoc. vt benedictionem eternam possideret. quam etiam nobis concedere dignetur ihesus christus per secula benedictus amen.

Nisi habundauerit iustitia vestra Math. v. doctrina huius euangelij finaliter docet discernere inter opera veteris legis et noue legis que noua lex multo maiorem perfectionem requirit quam vetus. ratio quod lex vetus terrena permittit sed multiplicationem frugum pacem temporalem vini et olei habundantiam longam vitam temporalem. hoc inquit honora patrem et matrem vt sis longeuus super terram. et ideo illa lex manu non armum cohibeat nec puniebat nisi opera exteriora mala propter consumationem pariter in commutibus noua lex permittit celestia et conuincitur penas eternas non solum pro actualibus